

1) Cod. Adm. 608

[f. 68vb] ¶ Unde cognosci possit quid sit iusticia et quid iustum.

¶ Quid sit iusticia et quid iustum.

¶ Quotiens dicatur iniusticia et iniustum¹⁰⁹.

¶ Quotiens iusticia et iustum.

¶ Quod duplex est iusticia, generalis et specialis¹¹⁰.

¶ In quibus attendatur iusticia generalis vel specialis.

¶ Utrum in utraque sit accipere^{a)} medium.

¶ Quod triplex est iusticia, scilicet distributiva, directiva et retributiva¹¹¹.

¶ Distributiva est circa honores et pecunias et gratiam et benivolentiam ad equale debiti secundum^{b)} ordinem^{b)}.

¶ Directiva circa contractus voluntarios et involuntarios dirigendos ad equale condigni secundum^{b)} valorem^{b)} in dampno vel in lucro, circa involuntarios ad equale condigni in pena vel iniuria secundum^{b)} compensationem^{b)112}.

¶ Item nota de^{c)} medio secundum equalitatem et proportionalitatem et

a) virtus vor accipere durchgestrichen. b) nachgetragen. c) de wiederholt.

109) Quot modis vero dicatur iustitia, patet, viso, quot modis dicatur aliquid iustum. Hoc autem patebit, cognito, quot modis dicatur aliquid iniustum. *ESV XI*, c. 4 (S. 384).

110) De duabus principalibus speciebus iustitiae [secundum Philosophum *add.* *ÖNB Cod.* 2203, f. 2ra]. *ERP IV*, c. 3 (S. 128).

111) De tribus speciebus iustitiae secundum Senecam. ... Distinguit enim eam in iustitiam distributivam, ... et in iustitiam directivam, ... et in iustitiam retributivam. *ESV XI*, c. 6 (S. 389 f.).

112) Iusticia distributiva versatur circa distributiones honorum et pecuniarum et sumptuum et expensarum. ... Iusticia vero directiva est que dirigit communicationes et contractus hominum ad invicem ut ad equale. *ESV XI*, c. 6 (*ÖNB Cod.* 2435, f. 68va).